

P R A E F A T I O.

Caeterum hoc genus obseruationum partim
vsui proprio, partim eruditioni G R O T I I nostri
quem interpretibus plerisque anteponimus, par-
tim paeceptis Cel. F I S C H E R I , cui proxim-
um Grotio locum concederemus, nos omni-
no debere lectores sciunto.

Reliquae notae *criticae* sunt, i. e. eae, quae
in sanitatem lectionis inquirunt. Examinaui-
mus autem potissimum varias et Houhigantii et
versionum veterum scripturas. Atque ut lecto-
res de eo, quod super versionum illarum usu di-
ximus, rectius possint iudicare, quae sit in vni-
uersum nostra sententia, qua notae illae nitun-
tur, exponemus.

Syriaca versio Polyglottorum quibusdam in
libris cum Alexandrina mirifice conuenit, vt
suspicemur, eius autorem Alexandrinos in ver-
tendo secutum esse, et modo Codicem ebr. ad
manus habuisse, quem iis in locis, ubi lacuna es-
set in Alexandrinis, aut versio ipsi suspecta, con-
suleret. Ii, qui statuunt Versionem Vulgatain
ex Versione Alexandrina confectam esse, ea,
quae de Syriaca diximus, facilius concedent:
scilicet vel ex hoc Malachiae libello intelligent,